



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

IV. Verordnung des Bischofes Burchard von Havelberg, wie es mit dem Aufgebot, der Copulation, den verbotenen Zeiten, dem Wechseln des Opfergeldes und mit der Excommunication von Kirchenbeschädigern ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

rentii, Assumptionis marie, Bartholomei, Natiuitatis marie, Mathei, Michaelis, Symonis et Jude, Omnium sanctorum, Martini, Katherine virginis, Andree, Nicolai, Thome, dedicationis ciususlihet ecclesie et patroni et omnes dies dominici per annum venientes. Sed festorum infra memoratorum tantummodo memoria sine sollempnitate in diuinis officiis peragatur: Conuersionis Pauli, cathedra petri, Constantii, Gregorii, Ambrosii, Marci, diuisionis apostolorum, ad vincula Petri, Augustini, decollationis Jobannis, Exaltationis sancte Crucis, Mauricii, Jeronimi, Vndecim millium virginum. Datum anno M. CCCCXL quinto, In die beatorum Mauricii et sociorum eius.

IV. Verordnung des Bischofes Burchard von Havelberg, wie es mit dem Aufgebot, der Copulation, den verbotenen Zeiten, dem Wecheln des Opyergeldes und mit der Excommunication von Kirchenbeschädigern zu halten, vom Jahre 1342.

Borchardus dei gratia Havelbergensis ecclesie Episcopus honorabilibus viris dominis prepositis nostre dioecesis In domino salutem. Cum ex eo, quod sollempnitates canonice in contrahendis matrimoniis et nuptiis celebrandis omittantur, diuercia et alia pericula oriuntur; Quare discretioni vestre damus firmiter in mandatis, quatenus mandatum nostrum presens clero vestro publicetis obseruandum sub pena synodali, quam exigemus in uisitatione a quolibet ipsius mandati transgressore. Volumus et mandamus, ut proclamationes fiant publice in ecclesiis vestris ante matrimonium, ut infra certum, si aliquis velit opponere, veniat et opponat. Item quod copulationes non fiant in domibus, sed in Cimiteriis et foribus ecclesie coram plebe. Item quod non celebrentur nupcie tempore interdicto, scilicet a septuagesima usque ad octauam pasche, et a diebus rogacionum usque post dominicam trinitatis, Et ab aduentu domini vsque ad octauas epiphanie. Item mutationes denariorum offerendorum non fiant in ecclesiis, sed extra eas. Item Inuafores ecclesiarum, cimiteriorum, dotum et monasteriorum singulis diebus et vsurarii publice de ambone coram plebe denuncientur excommunicati. Datum anno Domini M°. CCC°. XLII°. In die Sancti Sebastiani Martiris.

V. Bischof Burchards Synodal-Statut wegen weltlichen unanständigen Lebens der Geistlichen und deren Abwesenheit von ihren Aemtern, vom Jahre 1360 (?).

Borchardus dei gratia havelbergensis ecclesie Episcopus Vniuersis et singulis prepositis, Rectoribus ecclesiarum, altaristis et generaliter clericis ecclesiastica, beneficia optinentibus, per nostram dioecesim constitutis, Sinceram in domino caritatem. Quia nonnulli clerici et ecclesiastice persone, beneficia ecclesiastica in nostra dioecesi optinentes, ab ecclesiis, quibus intitulati sunt seu in quibus nunc horas psallere nunc legere ac deo iubentur reddere sue pensum seruitutis, tempore diuinorum, contra sacrorum canonum et nostrorum predecessorum statuta, choreis, tabernis, scurrilitatibus et negotiis secularibus magis, quam diuino cultui insistendo, in graue sue honestatis suarum quoque animarum periculum et in scandalum plurimorum, se subtrahere et absentare non verentur, Nos igitur volentes honestati clericali et animarum saluti consulere dictumque abusum de nostra dioecesi penitus extirpare, Ad ampliandum diuinum cultum, prehabita super hoc cum quibusdam prelati et clericis no-